



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.4. Rogabat Iesum. Nos instruit Saluator. ne facilè vestras acceptum epulas, & delicias, & Eliseum ac Danielem imitemur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

debitis suis absoluit liberalis. Suae erga Christum debita factis obligationi, quod tu non faceres in gratiam Parum tuorum spiritualium. Sacerdotum & ministrorum Evangelii: quid enim illis non debes, & quibus non sentis te obstrictum, si perpendis, quod in te tam gratuita operentur. Propter opus eorum? Insuper hic apposite profertur, quod in isto quod Phariseus intendebat, magis proprio commodo serviret, quam Christiana dum suscipis & lautius excipis pauperes, hoc in tuum magis quam illius cedit emolumentum: ut aliis saepe proposuimus.

§.4. Rogabat Iesum. Nos instruit Saluator. *ne facile vestras acceptemus epulas, & delicias, & Eliseum ac Danielem imitemur.*

10 **I**N hoc facto Phariseus extollitur vos ipsos utiliter erudiens, sed multo melius Redemptor noster, convivia non acceptando, nec oblatas ab illo delicias, nisi frequenter & importune sollicitatus: & illa quidem vice, qua illorum confitebatur precibus, hoc eodem factum est animo, ut spectet utilitatem quandam non parvam spirituale inde fecuturam, ut postmodum dicemus, nos instruens predicatores, sacerdotes & Evangelij ministros, nobis nimis convenire convivia, diverticula, epulas & delicias admittere temporalis, nisi rogati sumus instanter & saepe saepius, & hoc quidem tandem aliquando & rarissime praesertim quando speratur in de lucrum aliquod spirituale. Docet hoc D. Hier. advertens nihil esse, quod sic contemptum predicatores exorat. Confessarios, Sacerdotes & Ecclesiasticos, quam si frequenter intersint convivijs, & recreationes ambiant populi, quantumlibet primarij sunt: etenim ibi notant illos sibi similes, & multa nimis in actionibus admittitur socordia, & quamvis aliquis sit sibi mirum in modum prospiciens, alteri tamen videtur aut comedere aut bibere superabundanter. Sicut e converso, nihil sit illis honorem conciliat, & reverentiam, quam dum multis praesertim usurgitur ad epulas & munerum receptionem, illa tamen maiori animi constantia, & propo sita negant firmi vi.

Obijcies mihi o Nepotiane (sic D. Hier.) quod si te Dominus aliquis vel praetens quisquam dignitate spectabilis invitet ad prandium, illudque non acceptet, te rusticum iudicabit & invidiosum, aspernabitur te floccique pender. Respondeo, saltem amice saltem: quanto namque ostendit

amplius quod sibi displiceas, teque infimulet inurbanum; tanto te intus in corde suo pluris aestimabit, honorabit, & venerabitur de iudicis tanto magis hominem esse caelestem, quanto minoris terrenas facis delicias. Loquatur ipse D. Hier. Hier. *Facile committitur Clericus qui saepe vocatus Episc. 2. ad ad prandium, non recusat. Numquam petentes, raro Nepotias accipiamus rogati. Nescio enim quomodo etiam ipse Tom. 4. qui deprecatur, ut tribuat, cum acceperis, viliores te iudicat, & mirum in modum si eum contempseris, plus te posterus veneratur.*

Consideremus hoc in notissima illa historia, 4. Reg. 5. quam suis omnibus circumstantijs de Eliseo enarrat Spiritus S. Ad illum accedit princeps maximus ex Syria Naaman magno comitatu stipatus curruum & camelorum, supplex & expositulans Probatur ab illo lepra suae mundationem. Postulatis autem exemplo nuntius Propheta praesertim illi ut septies in Ior. Elisei. dane la varetur. Lotus septies pristinae munditiae restituitur, tanquam beneficij memor regreditur ad Prophetam acturus illi gratias. atque, nunc scio vere, vir Dei, non esse alium verum Deum, nisi in Israel, quando quidem tu servus sis illius, cuius consilio tantum me fateor percipisse beneficium, toto corde deprecor haec dignetur munuscula suscipere, Di. to citius, infinito prope modum effundit aureos, plures tunicas velles varias & monilia pretiosa. Confestim respondet illi Propheta, animo adeo constanti, se nihil omnino ex oblatas accepturum, ut si lemni se obstrinxerit iuramento. *Veni Dominus, ante quem sto quia non accipiam.* Urget, iustat princeps & summo prece deprecatur, ut quasi vim illi inferre videretur. Quanto fortius instabat ille, ut Propheta munera donaque acceptaret, tanto Propheta illa negabat se velle constantius. Hoc verba illa textus insinuant. *Cumque vim faceret, penitus non acquiescit:* quibus significatur quod variè multisque modis Propheta esset importunus. Cum igitur tibi pecuniam non exoptes, saltem illam accepta pro pauperibus Nec hoc quidem. Si nec illud saltem vestes accipias. Absit hoc omnino. Si nec illas tibi concupiscas, saltem tuis profum discipulis comitibus tibi que servientibus. Apage, nec mihi nec illis. Hoc saltem indulgeas ut de manu tua pauperibus erogentur. Dico igitur, o Princeps, ne tempus frustra tuis oblationibus: nihil enim eorum, restor Deum sum accepturus, *penitus non acquiescit.*

Meo quidem iudicio, molestè hoc ferre debuerat Princeps adeo pronus & effusus, graniterque conquiri quasi de accepta iniuria & illata contumelia, quod de manu sua munuscula accipere reculisset.

Epi. 2. ad Nepot. I. Religiosi frequentes convivia & munerum acceptationes estimantur.

recessisset, eumque ut rusticū insimulare & inurbatum. Veruntamen non sic se res habuit sed eo viso, pedibus eius humilis aduoluit & ait: Domine mi fiat ut tuū placitum est voluntati: etenim cognosco me tali non dignum honore, ut de manu mea vel quidpiam accipias, tuos saltem mihi exporriges pedes, quos ceruus exofculet: mo plura dico nec illud quidem intereo: unde hoc mihi concedatur ut terram illam, quam calcas exofculet, & onus duorum burdonum tollam mecum de laurus ad curiam Reges Syriæ in qua domicilio habeo ut pretiosissimas reliquias. *Vi vi: ut si fecero concedo mihi seruo tuo, ut tollam onus duorum burdonum de terra, &c.* quod illi permittitur, quod si primo, cernens id quod poterat in lepore suæ mundatione, illum magni fecerit, multumque honorauerit stans coram eò detecto capite: postmodum tamen aduertens in eo liberum adeo animum, & ab omnibus terrenis, etiam pretiosissimis profus alienum, opinionem imbut de eo, quod vir esset celestibus totus intentus tantaque colendus reuerentia, ut ipsa terra eius calcata pedibus reliquias conferentur.

III. Hanc in ministro Dei dispositionem notat idē D. Hier. in ipso Daniele Propheta. Rex Baltasar nullū modum iniquis suis statuens processibus, Dei iustum incurrit supplicium: unde manum mittit illi: toties repetitam, dum epulis indulget lauis & assideribus sibi Principibus ac mulieribus fronte lætaur exporrecta. in pariete luteas nonnullas effingentem. Toto corpore, totoque corde turbatur: non enim sciebat quid scriptura illa denotaret. Cōducari iubet aruspices, diuinos, sapientes, propositū muneribus opulentis & regalibus, illi qui scripturam hanc legeret eiusque mysterium explicaret. purpuram spondet regiā, torquem auream, sedem locumque in regno suo primarium. Nullus in tota regione reperitur, qui nosset hanc legere scripturam, multo minus interpretari. Tandem adducitur coram Rege Daniel, cui sic Rex: non parum me torquet hæc scriptura incognita: non est, qui eam interpretetur, referatur de te donum tibi à Deo collatum similibus enodandis difficultatibus apertissimum.

Dans. *Purpura vestris & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo princeps eris. Cui Daniel notum sit tibi Rex, tuam me nolle purpurā, atenas aureas, dignitates primarias & quæcumque nabi offerre poteris. Munera tua tibi sint, & dona domus tua alteri dat scripturam autem leg. in tibi Rex, interpretationem eius, ostendat tibi, &c.* Deinde nouerit scripturam hanc, tuam completā sententiam: eum in uarum potestatem

iniquitatum quibus Deum ultra modum offendisti, moriendum tibi est, & hodie finem accipiet tua cum regno vita, tuumque cum vita regnum quod Medis Persisque diuideret. O animam uero Dei ministro dignissimum.

Extima Deus huic Prophetae dona communi-
cauit (ex sententia D. Hier.) sapientiam non vulgarem, visiones non communes, prophetiæ spiritum nō exiguum ad exponendum etiam somnia dormientium. Horum cuiuslibet tu inuideas, inquit ille, Iego uero hoc quā primū amulor, terrenorum nempe contemptum, & quidem talem, ut nihil eorum uelit acceperat, quæ sibi à Rege tam liberaliter offeruntur, sed omnibus in unum comprehensis (a) respondet. Rex ipse illa sibi remeant, (a) *Ad red-*
le uero his nequaquam indigere, quo liberior e-
uabit, ut quicquid sese offerret, intrepidus expli-
caret, reiecto omni respectu, quem cōplectitur in
se muneris donaque acceptio: linguam etenim
ligat, ne tanta loquatur libertate quanta rei pos-
tulat ista necessitas, sicut è contratio munerum
abnegatio perfectam tribuit libertatem ea pro-
ferendi quæ dicenda conueniunt. Contemptum
hunc nos Dei ministros conueniunt amulari. *Amul-*
mur Danielem Regis dignitatem, & munera
conueniunt: dum enim Dominus aliquis, aut
vir dignitate primarius offert prædicatori vel
concessario munusculum aliquod aut cupedias,
illī liberè respondeat: *Munera tua tibi sint:* & de-
inde defectus illi suos aperiat intrepidus (tantū
namque maiori uigilat libertate quanto paucio-
ra accepit munuscula) & peccata redarguat, ac
supplicia proponat à Deo illi, nisi se corrigat. in-
ferenda Quando accedit meritor seruator seu
uſurarius applaudens confessario donaque defe-
rens, quibus eius conetur linguam reddere dul-
ciorum, quam prudens foret illud responsum.
Munera tua tibi sint, &c. Hoc autem tibi dico, a-
nimam tuam potis ad stare damnationis, ignis-
que infernalis, &c. Salvatorem nostrum in uenerit
rogatus enim & crebro à Phariseis inuicatus epu-
las non admisit, nisi semel, idque ea occasione,
qua Magdalenam saluaret peccatricem. Id ad
quod perpetuo nobis est accurrendum ex consi-
lio D. Hier. & toties quoties nos importunè vo-
cauerint calamitates sunt morborum & afflictio-
num, miserarum, mortisque occasiones. *Conjola-*
tores potius nos in maioribus suis, quam conuicias
in prosperis nouerint.